



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vlrichi Hvtteni Eqvitis Germani Opera Poetica**

**Hutten, Ulrich von**

**[Frankfurt am Main], 1538**

**VD16 H 6395**

Vlrichi Ab Hvtten Eqvitis Germani pro Ara Coritiana, quæ est Romæ,  
Epigrammata.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13027**

## HVT TENICA.

**T**ut iua perpetuò, quod nunc Germania Cæsar,  
Ludibrium Romæ diripientis erit.  
**Q**um mudi imperiū, & caput hoc mudi imperij  
(Nam possum haud aliud dicre) Roma tua est.

## AD CAESAREM DE bello Veneto.

**S**anguinis effusum ciuilis Cæsar abunde est,  
Iam credo hoc ducet Iulius ipse satis.  
**A**ccipiant Veneti dominum te, Gallus adoret.  
Publica Christicole foedera imite duces.  
**T**e reuehat celebri Germania lœta triumpho,  
Dehinc Asiam Christo cogat habere fidem.  
**S**umma sit hæc rerum, uota hæc communia sunt:  
**Q**uod uelit ille deum rector habere ratum.

## AD CAESAREM IMPERA torem Maximilianum Epi- grammatum finis.

## VLRICHI AB HVT TEN EQVITIS GERMANI

**p**ro Ara Coritiana, quæ est Romæ,  
Epigrammata;

E

## EPIGRAMMATA

**P**ropitius quondam Cretæs Iupiter oris,  
Propitius fertur Sol habitaſſe Rhodi.  
Pallas Athenæas præſens reſpexit ad aras,  
Moeratio ſtatuit Pan ſua ſacra iugo.  
Thura dat æquoreo Tenaros gratiſſima regi.  
Fert Iuno altrici uota precesq; Samo.  
Dilexere pios Phœbeia numina Delphos,  
Syrtica cornigero fumat arena Ioui.  
Præcipue Maia genitum Cyllenia placant,  
Templa, Venus Paphia ſuſtinet urbe coli.  
Amphitryoniaden propriè colit ultima Gades,  
vulcanoq; magis Lemnia ſacra litant.  
Falsis iſta deis, cultu meliore dicata eſt,  
Ara ſalutifero Coritiana deo.  
Hic natum, mairemq; roges, auiamq; licebit,  
Non falſos uera religione deos.

### PRO EADEM.

Coritiana pios uenerari ſacra poëtas,  
Atq; ea carminibus ſemper adire nouis,  
Urbē aliquis tota defectas uatibus aras  
Dum uidet, afficitur, in dubiumq; uocat.  
Qui ſtatuit, uatum pater eſt, ſibi propria uates,  
Define mirari, templa ſtatuta colunt.

**V**OT **V**M pro ſe in morbo pedis,  
Orbe perarato terra omnia paſſus et undis,  
Nunc etiam raptum peſte agitanie pedem,  
Coritij pietate noua deuoluor ad aram.  
Hac auia, hac mater, hac tibi nate prece,

DA

## HVTTENICA

Da morbum cessare pedis, da robur ademptum,  
Sic nunquam his desint, cæraq; thusq; fociſ.

### PRO ARA Coritiana.

Certum eſt Coritiſ patris ſacellum,  
Quod fecere alij prius poëtæ,  
Non libo colere, aut mola recenti,  
Nec cæſo boue uictima cruenta,  
Sed uerſu, ingenioq; qualem cunq; id,  
Da mi Muſa aliq; nouum, dediſti  
Quod non his alijs prius poëtis.  
Consumpta eſt ait, ut nihil ſuperſit,  
Omnis copia tot prius poëtis,  
Iuuat me tamen, et iuuabit uſq;,  
Quæ ſors cunq; mihi ſit, experiri,  
Quiddam ad Coritiſ patris ſacellum.

### PRO EADEM.

Quot ſe uere nouo diſfundunt gramina campis,  
Et quot tunc paſſim floribus albet humus.  
Monie Hybla quoſ alūtur apes, quoſ acerba pruinaſ  
Fundit hyems, quoſ habet ſidera uiterq; polus.  
Quot grauiſ autumnus dulces uindemiat uias,  
Sic a quoſ è Lybiſ grana teruntur agris,  
Quot folijs uaga ſylua uiret, quoſ ſidus inundat  
Pleiadum guttis, quoſ ſouet Ida feras,  
Quotq; in Atho lepores, quoſ in alto gurgite pifces,  
Quot patula uolucres aura arum amur aueſ,  
Non bene quiſ numerat, ſed nec numerare facultas,  
Coritiſ uerſu quoſ ferai ara patris.

E. a

## EPIGRAMMATA

EIVS dem ad Columneū. Romanos Episc.  
Dij medio in Latio solidam posuere columnam,  
Qua Iouis interdum fessa quis scat avis.  
Bellum erat, exierant Galli, exierantq; Leones,  
Thuscus, in Euganea quiq; palude regit.  
Fessus ibi quoties requiem sibi posceret Ales,  
Fulciuit gratas illa columna uices.  
Si numeres annos, medio si in Marte labores,  
Hanc molem belli sustinuisse putas.  
Viue columna diu, nulloq; intercide lapsu,  
Quæ colis imperium sola, tenesq; fidem.

## VLR. AB HVTTEN AD CROTVM RUBIANVM DE STA-

tu Romano, Epigramata ex urbe missa.

**V**idimus Ausoniæ semieruta moenia Romæ.  
Hic ubi cum sacris ueneditur ipse deus.  
Ingentem Crote Pontificem, sacrumq; Senatum,  
Et longo proceres ordine Cardineos.  
Tot scribas, uulgiusq; hominum nihil utile rebus  
Quos uaga connecto purpura uestit equo.  
Tot Crote qui faciunt, tot qui patiuntur & illos,  
Orgia qui uiuunt, cum simulent Curios.  
Rursum illos, qui nec simulant bona, nec bene uiuunt,  
Qui rident mores, exhibantq; bonos.  
Quos iuuat esse malos, quib, & licet, in iuga quorū  
Consensit miseris Teutona terra modis.  
Qui dant, quiq; uetant, qui quos clausere recludunt,

A. 15